



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 26. Quædam S. Congregationeum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](#)

Sæc. XVII. rit, & in fide rite institutus sit. XIV.
A. C. 1658. Non vi, sed Dei Verbo gentiles ad
 fidei pertrahant. XV, A suis Paro-
 chianis nullum quæstum querant.
 XVI. Reditus Confraternitatum de-
 ceps sacerdotes procurent, XVII. Pa-
 peres gratis sepeliant Parochi. XVIII.
 Ethnici in Ecclesiis sacrificare non per-
 mittantur, hisque Templis Neophyti
 non præficiantur. XIX. Regulari
 Superiores quandoque suos subditos
 ad claustra revocent, ut innovato Re-
 gularis disciplinæ studio aliis exemplo
 esse possint. Præter hæc decreta Po-
 tifex die vigesimo quarto Septembris
 sub excommunicationis poena prodi-
 buit, ne libri & scripturæ ex Archivis
 & Bibliotheca Canonicorum Regule-
 rium Lusitanorum extrahantur, de-
 claravit quoque die decima quinta No-
 vembris, ut Judæi Romæ pensiona-
 domorum Dominis Christianis solven-
 teneantut, etiam illo tempore, quæ
 aliis non fuerunt locatæ.

§. XXVI.

*Quædam S. Congregationum deci-
 siones.*

*Conf. S.
 Congr. Rit.
 Ep. Conc.*

Motis subinde dubiis Sacrae Congre-
 gationes Romanæ hoc item anno
 varias decisiones ediderant, cumque
 Mon-

XIV.
ad 6
Par-
aeran-
dem
I. Pa-
XVIII.
on pe-
eophy-
gular-
ubdit-
to Re-
xempli-
ta Poo-
temori-
proli-
rchipi-
Regula-
r, de-
onta No-
nliou-
solven-
qu
dec-
Congre-
n ann-
cumque
Non-
Mon-

Monopolitani Canonici declarari petiis-
fent, an absentibus vel impeditis Epi-
scopo, Archidiacono aut Archipres-
bytero, Vesperarum & Missarum so-
lemnia ad Hebdomadarum, vel anti-
quiorem Canonicum, aut Primicerium
spectent? Sacra Rituum Congregatio
die octava Januarii respondit, id per-
tinere ad Primicerium, & postea ad
Canonicum digniorem, die autem vi-
gesima sexta ejusdem Mensis decidit,
quod Episcopus, neque cum consensu
Capituli ritum processionum a Rituali
Romano præscriptum immutare va-
leat; bene tamen ad custodiendam Mo-
nialium clausuram etiam in Monasteriis
sibi non subjectis uti possit censuris,
eaque ligent non modo Regulares ac-
cedentes, sed & Moniales facta de il-
lis mentione, nec Regulares possint ab-
folvere incurtos. Declaratum quoque
die decima sexta Martii, quod Episcopo
celebranti non Diaconi, sed Capella-
nus cum candela inservire teneatur,
nec Canonici cogi possint, ut Episcopo
in Missis privatis inserviant. Statuit
quoque S. Concilii Congregatio die duo-
decima Junii, quod Moniales exemptæ
possint habere Confessarium extraordi-
narium ab Episcopo in casu negligen-
tiæ Superiorum, Confessarius autem
etiam extraordinarius non possit earum

Sæc. XVII.
A. C. 1658.

con-

Sæc. XVII. confessores excipere, nisi sit prius a
A. C. 1658. Episcopo approbatus. Declaratum
super die tertia Augusti, quod Regi-
lares etiam censuris compelli possint ad
processiones Corporis Christi, ad Re-
gationum Litanias, & ad supplicatio-
nes ob publicam necessitatem decreta-
nisi ultra milliare distent, vel privi-
giis Concilio Tridentino posteriore-
muniti sint.

§. XXVII.

Principum atque Illustrium obitu.

*Daniel hist.
de France
tom. 10.
Tuld. Hist.
Eur. l. 9.
Prior. Hist.
Leop. l. 2.
tom. 1.*

Hunc item annum ex Principibus na-
pauci vitæ suæ exitialem expen-
sunt, ex quibus paucos recensem
obiit autem Santhiæ die decima quarti
Octobris Franciscus I. Estenis, Mutine-
Dux. Hic generosi animi Princeps
cum se ab Hispanis minus haberi con-
deret, Gallorum partes secutus, Ita-
lici exercitus Ductor supremus nomi-
nabatur, & non una victoria, prae-
pue Valentia feliciter expugnata de-
claruit: ast ex continuis stomachi do-
loribus tandem in febrin incidunt, con-
ex castris Bugellam deferebatur, in-
vero, Valentiam purioris aeris grata
contenderet, aucto morbo Sancti
hærere compulsus, omnibus Ecclesiæ
Sacramentis munitus obiit: annos natu-
rales quadraginta.